

ANNO DOMINI MCLXXXV...

NICOLAUS

AREMARENSIS PRIMUM, DEINDE CLARÆVALLENSIS MONACHUS, S. BERNARDO A SECRETIS

NOTITIA HISTORICA

Fuit Nicolaus primum, Aremarensis cœnobii, ordinis Cluniacensis, in Trecensi episcopatu; postmodum Claravallis sub S. Bernardo monachus, ejusdemque notarius; sed quia Pater sanctus in eo reperit pravitatem, amovit eum ab officio; unde factum est ut ille, Claravalle discedens, ejus hostis efficeretur. Queritur de eo apud pontificem Eugenium S. Bernardus epist. 84 et 98; ubi autem, quando et quo fine e vita excesserit, ignoratur.

Ejus epistolæ hic damus, sermones vero ejusdem novemdecim, quia inter opera beati Petri Damiani et S. Bernardi reperiuntur, omittimus.

NICOLAI EPISTOLÆ

EDENTE

JOANNE PICARDO

CANONICO REGULARI S. VICTORIS PARISIENSIS.

(*Biblioth. Patr. Lugd.*, XXI, 517.)

PRÆFATIO

Ad reverendissimum juxta ac religiosissimum Patrem et dominum Dionysium ARGENTERIUM abbatem Clarævallensem.

Quas olim *Nicolaus*, ex *Clunincensi* vester cœnobita, dedit epistolæ nomine *S. Bernardi*, reddo tibi, quin do ex animo. Scilicet, inquies, mihi das mea, quasi non sint ἄδορα δῶρα (*Soph.*) hujuscemodi, essentque profecto, si τοῦ ἔχθρου: que revera sunt hominis et tui amantissimi et observantissimi. Præterquam quod ei villici aliquantulum ab heris ineant gratiam, licet eisdem offerant suorum etiam primittas agrorum. Serenis igitur oculis tuum recipias *Nicolauum*, et per te, studiosi. Sic enim mage tuus, quo plurium fuerit. Dixi tuus, quia tuus quondam cœnobita et Clarævallensem amanuensis, longeque potiori reposcendus sure, quam Homerus a *Colophonis*, *Chiis*, *Salaminiis*, *Smyrnæis*, *Atheniensibus*, *Argivis* et *Cumæis*. At quantum dicto frivola absit jactantia, suspiciosus lector obsidem hærent auctoris præstantium uno tractu depictum, ut epis. olis legendis lubentius aliquot partitum horas. *Nicolaus* monastici *Cluniaci* professus Petro venerabili Cœnobiarçæ post temporis aliquantum suscepit demandatam scholæ *Cluniacensis* provinciam: provinciam, inquam, tanto dignam moderatore. Quid enim desideres in homine? Ingenium? pollebat maximo et quidem vivido, ardenteque. Φιλοθρωπία? Tam copiosam sibi collegerat ex mathematicis, philosophia, liberalibusque disciplinis, ut quid ei desuerit, et illo quidem sæculo, vix advertas. Theologiam, inquiet aliquid, ni video in homine florentem, multiplicemque, tantum mihi verba erunt, quæ das. Dabo equidem verba non mea, sed epistolæ *Nicolai* mei: qui sic ad unguem divinos tenebat libros (ex his enim, ceu vero paradiſo pereunes uberrimosque omnifariae theologie dimanare fontes, nemo nisi ἄθεος diffiebitur) ut insertis eorum verbis quasi cœlestibus flosculis singula ferme colla commataque intextat, et te cogut illud exclamare *Lucilii*:

Quam lepidæ lexeis compostæ, ut tesserulæ omnes,
Arte, pavimento, atque emblemate verniculato.

Hicce porro dictis fidem facient cœlestium voluminum loci ad marginem signati, potissimeque integriores. Universos enim, eosque concisiores adnotare, ut nullius prope fructus, sic insanii fuisset laboris. Dant vero præter hæc arrhabonem theologie simul et philosophiæ, quibus excelluit *Nicolaus*, epist. 49 et 52, darentque indubitanter quam plurimæ in exemplari desiderata. Interim, lector, hasce pauculas exosculure, contemplareque, ut *Protogenes*, lineolam in tabula pictam Appellis manu. Poteris enim hic legere *Nicolaum* nostrum eximia valuisse dicendi facultatem, ut sua serebant tempora: tantumque cæteris præstulisse, quantum eruditio singularis, ne interim allegem, quæ leges hominis argutias, veneres, universumque orationis mundum, quo sua studuit comere ciuistolia. Sane Petrus venerabilis ei rescribens epist. 38, 56, ait inter